

Obitus ep. Decore suis et gaudio cunctis nascendo enituit. Otwinus episcopus ordinatur.

DCCCC LVI.

Ludolfus filius regis respexit in Italiam, eamque subegit imperio suo.

Itala subacta. Vide Reg.

DCCCC LVII.

Ludolfus filius Ottonis regis in Italia mortuus est, et inde ad Moguntiam transportatus, et ad Sanctum Albanum sepultus est.

Vide Reg.

DCCCC LVIII.

Signum crucis in uestimentis hominum apparuit, illis qui derisui illud habebant mortem inferens, illis qui pie et religiose illud venerabantur nihil mali intulit.

prodigium.

DCCCC LIX. DCCCC LX.

Venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem, et deprecati sunt eum, ut aliquem suorum episcoporum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis, et professi sunt se uelle recedere a paganismo, et accipere nomen et religionem Christianitatis, et ille consensit deprecationi eorum, et transmisit

polonica 4. gubio.

ad Albertum episcopum fide catholicum. Illi per omnia mentiti sunt, sicut postea rei probauit euentus, quia nec ille praedictus episcopus euasit lethale periculum ab insidijs eorum.

DCCCC LXI.

Venerunt nuncij Iohannis papa uocantes illum Romam.

DCCCC LXII.

DCCCC LXIII.

DCCCC LXIII.

DCCCC LXV.

DCCCC LXVI.

DCCCC LXVII.

DCCCC LXVIII.

DCCCC LXIX.

DCCCC LXX.